Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Astronomica - Cod. Ettenheim-Münster 165

Moingenat, Johannes

[S.l.], 1623-1624

Prolegomenon

urn:nbn:de:bsz:31-114277

Visual Library

DISQVISITIO Politica De Temporum emen=dationo.

PROLEGOMENON.

Quantopere temporum distributio Reipubl. tum ciuili
tum Ecclesiasticae necessaria sit ignotum est nemini, cum
non eadem difficilis ex sequentibus cognoscetur; nulla
ferme Respublica, vel regnum inchoatum est, in quo non
prima fuerit huius rei suscepta, quod ipsum varia varia=
rum gentium probant Calendaria, Aegyptiorum, Arabum, Per=
sarum, Judaeorum, Alexandrinorum, et praeter haec omnia
Romanum, cuius primus auctorem Christmannus in com=
mentario suo ad 1^m caput Alphraganei adfert Romu=
lum Vrbis conditorem, quem decem duntaxat mensibus circum=
scripsisse annum ex Censorino, Suetonio, aliisque con=
tra Licinium Macrum et Fenestellam probat idem ibidem;
hi menses Romuli fuerunt Martius, Aprilis, et sequentes
exceptis Januario et Februario, iidem Romulus alternis
fere mensibus assignauit dies 30 vel 31 quorum anni
versorum summa erat 304, reliquis 51 intercalationi
relictis, uti demum annus Romuli ad annum integrum lu=
narem excresceret, atque haec anni ratio durauit annos 38.
Romulo successit Numa Pompilius secundus Romanorum
Rex, qui totum annum in 12 menses distribuit, eiusque lunare

fecit, dierũ 355 dando alternis fere mensibus dies
29 vel 31 durauit hic annus plusquã 700 annos,
cũ a. Julius Caesar huic lunari anno ad solarem
annũ aliquot dies dee didicisset reformationem Calen
darij opâ ac studio Sosigenis mathematici Alexandrini
et Marci Flavij scribae instituit definivitq annum
365 diebus sex horis quae horae quovis quarto anno u,
nũ diẽ conficiunt intercalandũ et Februario mensi
inserendũ, unde et quartus hic annus intercalaris
366 dierũ numeratur. Summis Pontificibus cura haec
Calendarij fuit commendata quorũ proinde noĩa men
sibus eã de raõe Julij quidẽ nomen mensi Quinctili,
auctoris calendarij, Augusti verò, qui et in eodẽ labo,
rauit sextili fuerant imposita; quã curã postmodum
et in se suscepere Ecclesiae Christianae rectores Pontifi,
ces et Concilia retento eodẽ Calendario Juliano in pe
ne Paschae et aliorũ festorũ mobiliũ dispositionẽ
quod fit ex c. nosse et c. Celebritatem dist. 3.
de Consecrat. plurimisq aliis Conciliis; et enim Deus
Judaeis olim praeceperat Exod. 12 Levit 23. Num.
9. et 28 ut in recognitionẽ beneficij accepti rede,
ctionis nimirũ populi Israelitici ex Aegypto, quot
annis Phase illud, seu Pesa, vel Paschae celebrarent,
die 14 apud primi mensis ad vesperã, sic n. Num.
c. 28 habetur Mense a. 1º. 14 die mensis Phase Dni
erit et 15 solennitas, is verò mensis Lunaris (men,
sibus n. lunaribus et annis Judaei utebantur) 1.us fuit
quod bene notandũ, cuius dies 14a Lunae a novilunio
numerato interea eodẽ ipso die novilunij, siue ne
omeniae ceciderit, vel in ipsũ diẽ aequinoctij Verni,

vel æquinoctium p̃pe ſequentem, q̃n nimirũ ſol in prin-
cipio Arietis, vel in aliquo eius gradu erat, nã de-
cima quarta æquinoctium antecedens ad festũ Paschæ
designandũ inutilis erat, itaq; Catholica Eccl(es)ia Judai-
cã subsecuta ẽt hoc festũ mobile eſſe et in eo celebrando
calẽ, quæ Judæi obſervabant fere retinere voluit
hoc est æquinoctium vernũ, quod tunc temporis in 21
Martij inciderat, idq; fixũ mansurũ semp̃ putarunt
ad eundem diẽ, nisi decepti fuiſsent, et lunã decimã
quartã primi mensis p̃p sacramẽta et recondita my-
steria; quæ in eiusmodi celebrãõe Paschæ Resurrectio-
nis Dñicæ includuntur; diſceſsit ã. a Judæorũ more
Eccl(es)ia in hoc, quod Pascha nõ in ipsa decima quarta
Luna ut Hebræi, sed in Dñica q̃ decimã quartam
Lunã primi mensis p̃pe conſequitur celebrari iuſsẽ-
rit p̃pa, quod q.a Dñica post Judæorũ Pascha Dñus
â mortuis resurrexerit (sectarij hinc facile con-
vincuntur qui ẽt Pascha in Dominico, et reliquas
Dñicas ex traditione tm̃ servant, nullâ eius rei
factâ mentione in sacrâ scripturâ.) quocirca
quemadmodũ Judæi Pascha celebrabant in deci-
ma quarta Luna p̃p immolaõẽ agni, q̃ mortẽm
Chri præsignificabat, ita nos in Pascha resurrectio-
nis Chri memoriã, quæ Dñico die facta est cele-
bramus, verũtñ quoties dies decima quarta lunæ
primi mensis in diẽ Dominicũ cadit Eccl(es)ia p̃-
cipit solennitatem Paschæ transferri in sequentem
diẽ Dominicũ 1.o ut reliquas cãas taceã, ne unquã
cũ Judæis Pascha celebremus 2.o ne cũ Quartadeci-
manis hæreticis congruamus, qui legẽ Mosaicã cũ

Euangelio obseruandũ esse docebant, q̃ duæ raões
in ipsis Concilijs fuerunt et considerata, de quibus
uideatur Clauius in suâ apologia Calendarij con
tra Mestlinum c. 1. Cæterum a Concilio Niceno no"
tũ Paschales fuerunt, et ne amplius in nouilunijs
et decimis quartis inter Christianos dissentio oriret,
nouēdecim numeri, quos Aureos uocant a Dionysio
Abbate dicto exiguo in Calendario ita fuerunt dispo
siti ut cui diei numerus aureus eo anno currens e"
ssipus inueniretur in eodẽ nouiluniũ paschale
cadere intelligeret, namq; nouiluniũ ipse fiebat eo die
quo numerus aureus p̃ annũ præfixus habe
batur, quemadmodũ fit hodie cũ Epactis. Postre"
mo, ut ẽt de Dominico, qui et centus dies esse debebat"
Christianis constaret inuentus ē cyclus seu numerus
literarũ Dominicaliũ, atq; hac temporũ et festo"
rũ constitutio stata forma, et ppetua credebatur,
successu tñ temporis p longa interualla et an"
norum centurias ob cãas infra dicendas accidit ut
æquinoctiũ uernũ â sede suâ 21 nimirũ die
Martij, quã Conc. Nicen. designarat dimoue
retur eiq; præueniret, et in undecima eiusdẽ
Martij incideret; quinimo ex ipsius Caluisij hæ
retici mente post 1400 annos in primũ Martij"
diem retraheretur, contingeretq; æquinoctiũ nõ
uernũ, sed potius hyemale. Huic igitur malo,
ne magis cresceret subuentũ est xxxx temporibus
anno 1582 a Greg. XIII summo Pont. q Romæ
conuocatis qñ doctissimis totius orbis Mathematicis
Calendarij reformaõe instituit, et cũ singuli Ma"
thematici singulos fere modos emendationis pscribe",

rent et procederent, tandem omnium calculo itum est in sententiam viri cuiusdam praestantis Aloisij Lilij post cuius obitum tabula Epactarum, quam vocant Epactam inventa est, et a Clavio emendata et elucidata, Cyclusque epactarum 30 ad perpetuum Calendarium emendatus feliciter, taleque effectum est, qualem iam habemus, approbante id summo Pontifice per bullam specificam, consentientibus Imperatore, Regibus et Principibus Christianis, obstrepentibus licet nequicquam licet haereticis et quibusdam Mathematicis, qui ultimo quidam calendariumque emendandum ob errores fuisse fatentur, neque hoc quod iam inventum est improbare iure possunt quod ipse Calvisius fatetur, quia tamen a summo Pontifice id profectum est, et non ab Imperatore vel ab aliquo tenebrione praedicante contumelijs plurimis lacerare non cessant, suaque propria orbi Christiano, quod Scaliger, Calvisius, alijque faciunt obtrudere invito volunt. Denique ut Aequinoctium suae sedi 21 nimirum die martij a quo multum digressum est restitueretur. exempti sunt 10 dies eo anno per mandatum Summi Pont. Gregor. XIII, ij in vicinijs quidem Romae provincijs a 5to Octobris inclusive ita ut loco quinti numeraretur decimusquintus, in regionibus a remotioribus, ad quas mandatum tardius pervenerat a 14 Februarij inclusive, ob paucitatem festorum in illos dies incidentium

ARTICVLVS 5us

De Tempore Astronomico.